



# ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI  
ANNUS  
680.

AGATHONIS PAP.  
ANNUS  
3.

CONST. POGON. IMP.  
ANNUS  
13.



NNUS qui sequitur Re-  
demptoris sexcentesimus  
octogesimus indicione o-  
ctava inscribuntur : quo ab  
Agathone Pontifice Ro-  
mæ generalis Synodus ve-  
ris tempore ( puto post  
Pascha ) aduersus Monothelitas coacta est,  
cui interfuerunt centum vigintiquinque  
Episcopi , qui omnes Synodalibus litteris  
subscripti leguntur in quarta Actio Se-  
xtæ Synodi , ubi eadem recitantur , &  
nomina singulorum subscriptiuentum Episco-  
porum : inter quos legati leguntur mis-  
si a Synodo in Galliis habita , nempe  
Felix Arelatenus , Adeodatus Leucorum  
Episcopus , & Taurinus diaconus Ecclesie  
Tolonensis . Sed & ex Britannia S.  
Wilfridus interfuit Episcopus Eboracen-  
sis : ipse enim titulo legationis inter alios  
subscriptus Synodo reperitur , licet pri-  
mum non legationis , sed appellationis  
causa eum anno superiori Romanam divi-  
na providentia perduxisset .

II.  
<sup>(a)</sup> Beda  
I. 4. c. 18. Missus namque fuerat in Britanniam  
( ut testatur Beda a ) Joannes archican-  
tor Ecclesiæ sancti Petri & Abbas mo-  
Ann. Eccl. Tom. XII.

PAGIUS  
SÆC. VII  
Anno Eræ ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6173.  
His.  
DCCXVIII  
Anno He-  
gira LXI  
inchoato  
die 30.  
Septemb.  
fer. I.  
A. C. 680.

○ 17. AG. D 16. P. 25. Mart. Indict. 7.  
JESU CHRISTI 680.  
AGATHONIS PAPÆ 3.  
CONSTANTINI POGONATI IMP. 13.

nasterii sancti Martini , & quidem ( ut ex Vocatus  
epistola ipius Agathonis Papæ ad Impe-  
ratores colligitur ) ut Theodorum ipsum Theodo-  
rus Angliae Primatum vocaret ad Synodum :  
ait enim ( b ) : Sperabamus de Britannia ( h ) Extat  
Theodorum confamulum atque coepiscopum in Sext.  
nostrum , magna insulae Britanniae Ar-  
chiepiscopum & philosophum , cum aliis , 4.  
qui ibidem usque hancen demorantur ,  
exinde ad nostram humilitatem conjunge-  
re . Hæc & alia ad excusationem tar-  
ditatis Agatho scribit ad Constantinum  
& fratres Augustos . Quod autem Theodo-  
rus occupatione illius tunc coalescen-  
tis magnæ Ecclesiæ minime venire po-  
tuisse , Synodum ipse ea de causa ad-  
uersus ejusmodi hæreticos celebravit in  
Anglia ( ut dictum est ) ex qua legatio-  
nem videtur decrevisse Wilfrido , quem a-  
lia causa ante annum Romanum perduxerat ;  
licet nihil de legatione Beda , qui de eo-  
dem Romano Concilio his verbis memi-  
nit ( c ) : Eo tempore idem Papa Aga-  
tho , cum Synodus congregaret Romæ cen-  
trum vigintiquinque Episcoporum adver-  
sus eos qui unam in Domino Salvatore  
voluntatem atque operationem dogmatiza-  
bant ,

**H**ic annus ista formula notatus : XXVII. I.  
Constantini Aug. Post Consulatum ejus XIII. Postconsu-  
& Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum an-  
no XXII. latus .

**A** num. I. ad XXXII. Baronius , quem om-  
nes fecuti sunt , Synodum Romanam ab Agabone II.  
Papa aduersus Monothelitas indicatam hoc anno Synodus  
confignavit . De ea tamen nobis agendum fuit  
anno superiori , quo ea celebrata , ne rerum Romanæ  
in causa Sandi Wilfridi Archiepiscopi Ebo- contra  
censis gestarum series perturbaretur . Quare Monobela-  
tis .  
vide dicta num. XIV.